BVLLA DECLARATIONIS INCVRSVS CENSVRARVM ET PENARVM CONTENTARVM IN BVLLA PRIVATIONIS ALPHONSI ESTENSIS TVNC DVCIS FERRARIAE CONTRA MAGNIFICVM .D.CAROLVM DE AMboſia D.de Ciamonte Magnũ Magiſtrũ & nominatim contra reliquos Capitaneos & Duces Exercitus Chriſtianiſſimi Regis Francoꝝ & generaliter contra omnes/qui in defenſionem & Auxilium dicti Alphonſi Eſteñ. contra.S.D.N.&.S.RO.Eccleſiã militãt & eius Terras & loca hoſtiliter inuaſerũt & depredati ſunt per.S.D.N. Iulium II .Pont. Max. Edita.

❦

VLIVS EPISCOPVS SERVVS
Seruorũ Dei ad Futuram Rei Memoriam.
i Decet Romañ. Põtificẽ ex diuina tradita ſi
bi poteſtate pœnaꝝ ſpiritualiũ & tpaliũ pro
meritoꝝ diuerſitate diſpẽſatorẽ cõſtitutũ ꝑ anima-
rum ſalute in eos qui monitionũ ſuaꝝ & mãdatorũ
apoſtolicoꝝ tranſgreſſores ac cẽſuarũ & Apoſtolicę
auctoritatis & Clauiũ contemptores exiſtũt debite
animaduertere & acrius ĩſurgere/ne tales ſic dãnati
& cõtẽptores dati in reprobũ ſenſum eorũ exemplo
alios decipiãt & in errorẽ & ruinã ſecũ trahãt/ac eo-
rum participatione & cõuerſatione alios fideles infi
ciant & cõtaminẽt necnõ ad ipſoꝝ damnatoꝝ cõfu
ſionẽ quã formidabiliũ cenſuraꝝ & pœnaꝝ rei exi-
ſtant ad oĩum alioꝝ publicã & certã notitiã deduce
re/& declarare ad hoc ut ipſi ſic declarati & publica-
ti cõfuſi & compuncti ad cor reuerti & ſaluti proprie
cõſulere ualeãt & alii eoꝝ exemplo diſcãt a ſimilibꝰ
abſtinere & ab eorũ excõmunicatoꝝ & anathemati
zatorũ prohibita conuerſatione & participatione &
obediẽtia ſe ſubtrahãt ut diuinã ultionẽ euadant &
eoꝝ dãnationis participes nõ exiſtãt. Sane licet nuꝑ
iniquitatis filiũ & perditionis aluuinum Alphon-
ſum Eſteñ. ſuis exceſſibus erroribus & nephãdis de
lictis per eũ ꝑpetratis exigẽtibus maioris excõmu-
nicationis & anathematis ſentẽtiã periurii & ſacrile-
gii reatus ingratitudinis rebellionis & leſę maieſta-
tis crimina damnabiliter incidiſſe oĩbus & ſingulis
indulgẽtiis remiſſionibus tollerãtiis gratiis priuile-

giis libertatibus & immunitatibus in Vicariatu & Ducatu Ferrarieñ. aliiſq; feudis locationibus hono ribus Dignitatibus etiã Cõfaloneriatus Ciuitati-buſq; Terris ac Caſtris Oppidis Fortilitiis locis iu-ribus iuriſdictionibus & bonis qbuſcũq; que quo-uiſmodo obtinebat ac ĩqbus & ad quę ius ſibi quo-modolibet cõpetebat ac ꝓpter iniquitates reiteratas ingratitudines ac delicta eiuſdẽ Alphonſi/omnes & ſingulos eius ex quondã Hercule ex Marchionibꝰ Eſteñ. fratres germanos alioſq; de eoꝝ familia exi-ſtentes/etiã in premiſſis ſeu eoꝝ aliqbus uel ad illa ius habentes & habere pretẽdẽtes quoꝝ nomina & cognomina ac qualitates pro expreſſis haberi uolu mus ac oĩum eorũ poſteros & ſucceſſores quoſcũq; prędicto & omni ſucceſſionis iure imꝑpetuũ omni no priuatos ac inhabiles & indignos ad illa & queli bet alia ſimilia uel diſſimilia impoſterũ obtinẽda & quoslibet actus legitimos exercẽdos Ciuitateſq; ca ſtra Oppida Terras Fortilitia loca & alia oĩa predi-cta confiſcata fuiſſe & tunc fore ac a prędictis priua-tionis & inhabilitatis pœnis neminẽ ex familia ſua etiã pretextu minoris ętatis aut ſexus excuſari ſeq; tueri poſſe quominus pœnis hmõi omnino irretiti & innodari cẽſerentur/de Venerabiliũ fratrũ nr̃orũ ſanctę Romanę Eccleſię Cardinaliũ cõſilio pariter & aſſenſu ac de ap̃licę p̃tãtis plenitudine ac ex certa nr̃a ſciẽtia declarauimꝰ ac ſẽtẽtiãdo priuauerimꝰ & inhabilitauerimꝰ dictoſq; Ducatũ & Vicariatũ Fer rarieñ. cũ oĩbus ciuitatibus/caſtris/oppidis & feudis

pro tēpore fuerint & ad quę eos declinare cōtigerit:ac quę in illis ſunt/Eccleſias etiā Cathedrales & Metropoltañ. Monaſteria & alia religioſa & pia loca etiam exempta quęcunq; eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita eſſe/ita ut illo durāte in illis etiā pretextu cuiuſuis indulti apoſtolici pręterq̄ in caſibus a iure pmiſſis/& in illis non alias q̄ ianuis clauſis ac excommunicatis & interdictis excluſis/nequeant Miſſę & alia diuina officia celebrari dicta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus/illoſq; pro excōmunicatis anathematizatis maledictis interdictis priuatis & inhabilibus ubicūq; locoꝶ denūciari & publicari ac ab omnibus xp̄ifidelibus arctius euitari precipimus & mādamus. Et ut oībus premiſſa innoteſcūt Vniuerſis & ſingulis Patriachis/Archiep̄is/Ep̄is Patriarchalium Metropolitañ. Cathedraliū & Collegiataꝶ eccleſiaꝶ Prelatis/Capitulis/& perſonis eccleſiaſticis etiā quorūuis ordinū etiā Mendicantiū/Religioſis exemptis & non exemptis ubilibet cōſtitutis in uirtute ſanctę obedientię & ſub dictę excōmunicationis latę ſentētię pœnis mandauimus quatinus ipſi & quilibet coꝶ ſi & poſtq̄ uigore pręſentiū requiſiti fuerint infra tres dies/quoꝶ unū pro primo & aliū pro ſecūdo ac reliquū pro tertio & peremptorio termino ac Canonica monitione pręmiſſa aſſignamus/eoſdē excōmunicatos anathematizatos maledictos declaratos aggrauatos interdictos priuatos & inhabilitatos ſi nō paruerint i eoꝶ eccleſiis Dominicis & aliis feſtiuis diebus dū maior inibi po-

puli multitudo cōuenerit ad diuina cū Crucis uexillo
pulſatis campanis & accenſis candelis ac demū extin-
ctis & in terrā proiectis & conculcatis cum trina lapi-
dum proiectione aliiſq; cerimoniis in ſimilibus obſer
uari ſolitis publice nuncient/ac faciant & mandent ab
aliis nunciari/ac ab omnibus Chriſtifidelibus arctius
euitari. Verū quia impoſſibile foret preſentes noſtras
declarationis & publicationis litteras ad pſentiam &
perſonam propriam dictorum excōmunicatorū perſo
naliter deducere propter eorū potentiam/uolumus ut
affixio & publicatio preſentiū litterarꝝ in Valuis Ca-
thedralium Eccleſiarū Mutineñ. & Bononieñ. Ciui-
tatū facta ita eos liget & arctet & declaratos & damna
tos demonſtret in omnibus & p omnia ac ſi eis & eorꝝ
cuilibet pſonaliter intimate & preſentate fuiſſent. Po-
ſtremo quia difficile foret preſentes declarationis litte
ras ad ſingula queq; loca deferre in quibus earū pub-
licatio neceſſaria foret uolumus & prefata auctoritate
apoſtolica decernimus qđ earū trāſumptis manu No
tarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius Prelati eccle
ſiaſtici munitis ubiq; ſtetur prout originalibus litteris
ſtaretur ſi eſſent exhibite uel oſtenſe. Non obſtātibus
Cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac oībꝫ
illis que ī prioribus litteris noſtris predictis uolumus
non obſtare ceteriſq; cōtrariis quibuſcūq;. Nulli ergo
omnino hoīum liceat hāc paginā nr̄e cōſtitutiōis de-
clarationis pcepti aſſignatiōis mādati uolūtatis & decre
ti infingere uel ei auſu temeratio cōtraire. Si quis autē

hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Bononię Anno incarnationis Dominicę Milleſimoqngẽteſimodecimo Pridie Idus Octobr. Põtificatus nr̃i Anno Septimo.

Sigiſmundus.